Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35265
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



redire et commanere cum coniuge. et non
potest probari testibus contractus. quia in
occulto esset factus. Quod si ipse qui
in occulto se consensit. eundem consensum
voluntarie in manifesto profitentur.
tunc utique voluntas propria suffragatur.
et legitima nota succurrit ad satis
faciendum mundum. et prius occulte fuerat
contractum. Hic ergo cum consensus de presenti
faciat matrimonium. cuius rei consensus
sit. An carnalis copula. An cohabitacionis. An utrumque. Si cohabitacionis
consensus matrimonium facit tunc. fit cum so
rore pater cum potest contrahere matrimonium. Si
carnalis copula. tunc inter mariam et
ioseph non fuit coniugium. Proposuerat maria in virginitate permanere non
deo aliter ordinante. Sedum et videtur
angelo dixisse. Quomodo fiet istud quoniam
vir non cognoscito. i. me cognituram
proposui. Accepe. n. et tunc vir non cognoscebat. nec erat in quem quo possit
hic filium. dicit. Quod in virginitate
manere proposuit. Si autem contra propositum suum post consensit in carnalem
copulam videtur voti rea. Dicamus
quod et consensus cohabitacionis vel
carnalis copula non facit coniugium